

tam, Historiam mortis Magni Panos, * ab Eusebio item ex Plutarcho traditam, quæ nonnullis Proteftantibus fabulam redolet, quamque Godavius aliquæ Catholici bene multi propugnare negant. Cum autem Tillemontius E-ruditorum de Historiis proxime relatis rationibus se urgeri intelligit, ad suam regulam confugit. (a) In ipem inducor, inquit, prudentes homines nobis veniam daturus, si legi nos traxerit nolimus derogare, ne quidpiam antiquitate fati munitum abijciamus, præterquam firmissimis obstantibus momentis : Aut ad istam a P. Petavio deductam : præstat magis scrutari, quare id factum sit, quam probati Autoris testimonium rejicere.

Post hujusmodi sentia Veterum autoritati adeo obsequentiæ, me præterit quomodo Tillemontius de Sancti Zachariæ Patris S. Joannis Baptistæ verba faciens, non acquiescat Origeni, S. Basilio, Sancto Gregorio Nysseno, Sancto Cyrillo Alexandrino aliisque non obscure ferentibus, in Templo Hierosolymitano locum inter Templum & Altare fuisse Virginibus destinatum : Deiparam etiam post Jesu Christi natiuitatem eo concedere voluisse, cumque propterea murmur subortum esset, eamque inde pellere cogitarent, Zachariam tum Sacerdotis munere fungentem, respondisse, necesse fore, ut ibi maneret, quod nimirum adhuc Virgo esset, idque in causa fuisse, cur eam populus eodem loco interfimeret. Traditio hæc subdit Doctus noster Criticus, maxima est consideratione digna ob illorum qui ipsi subscribere, dignitatem (b) ; ceterum non apparet nobis, eam Sanctæ Virginis moderationi congruere. Nonne eadem in rem hanc Tillemontio respondere possemus, quæ ille, ut Abgari & Jesu Christi Epistolas tueatur, respondet : (c) videri scilicet, in vicinis demonstrationibus opus esse ad rejiciendam narrationem multorum tanti momenti Virorum autoritate roboratam ; sive aduersus eam ipsas Leges suas retorque ; præsertim illam : præstat ma-

* Plutarchus in quodam Opusculo Cleombrotum narratent inducit, testatum fuisse Epitherfen, quod cum in Italiam nauigaret, & prope Paxas deuenisset, ex Echinas Insulis unam, in Corinthi sinus ingressu, repente vocem auditam fuisse, quæ navis gubernator Thrammus nomine vocabatur; eoque respondente, exclamasse vocem: Cum juxta Paludem fueris, annuntia tunc Pana magnum esse mortuum. Pana autem quidam erat ex præcipuis Paganorum Diis; hancque Historiam perhibent Mortis Domini nostri temporis contigisse. Apud Euf. de Præp. l. 5. c. 9.

(a) Ibidem notat. 7. in S. Thomam pag. 662. col. 1. in fine. Ibidem notat. 13. in S. Jacobum pag. 677. col. 2. initio.

(b) Notat. 3. in S. Joann. Bapt. pag. 510. col. 1. initio.

gis scrutari, cur id factum sit, quam simpliciter conjectura tot celeberrimorum Patrum testimonium rejicere?

Ostendit etiam fe a prudentis Critices legibus discessisse, cum reputavit, num S. Jacobus Sanctum Sanctorum ingrederetur. (d) S. Hieronymus, ait, & Rufinus, vertentes Hege-sippi verba ab Eusebio recitata, pro Sancta scripserunt Sancta Sanctorum: idem habet Epiphanius... verum commodius est id profiteri, quod satis exploratum est, neque Hieronymum neque Rufinum, maximis alias præditos virtutibus, accuratioris tamen doctus, no fuisse commendatos, adeoque locum Sanctum a Sanctuario non interuolere potuisse. Secundum Tillemontii principia aptius forte fuisset subjicere, quod, cum Patres in obitu legerint, consequens sit potius ea verba in Eusebiano Textu reperiri, quam inde, uti facti, colligere, istos, quantumvis summæ doctrinæ Patres, locum Sanctum a Sanctuario non interuolere potuisse. Imposterum non pauca facta ob oculos ponam, in quibus leuissima conjectura ductus Tillemontius Veterum opinionibus refragatur.

Eandem erga antiquos reverentiam legem sibi præcepisse indicat Dupinus. Id ex eo efficitur, quod de Sancti Barnabæ Epistola loquitur, ab ipso fide Veterum Apostolo isti adjudicata. Ubi namque cuncta periculis est, quæ de illius Suppositione afferri solent, ea labefacta in hunc modum : (e) Quæcumque Epistolæ huic vitio vertuntur, non obferunt, quominus eam Sanctus Clemens, Origenes, Eusebius, & Sanctus Hieronymus Apostolo Barnabæ tribuerent. Turpis profecto, mea sententia, addit Doctore ille, imprudentia foret, nos Magnis antiquitatis Criticis perniciosa arbitrari. Magis ipsi quidem temporibus Apostolicis erant proximi, præ manibus innumeros fere habebant ab ipsorum discipulis lucubratos Libros, quorum jacturam fecimus, & propterea felicius, quam nos, Apostolorum,

(e) Notat. 7. in S. Thomam pag. 662. col. 1. in medio.

(d) T. 1. notat. 10. in S. Jacob. Minorum 2. Edit.

(e) Dupinus Bibliotheca Tom. 1. pag. 18.

** Sunt, qui credunt, nonnullis Judæis Alexandrinos, imperante Adriano, Epistolam hanc exarasse. Moventur huius Epistola ista Allegoris redundat, quod est Alexandrinorum ingenium. 2. In eodem positum habent, ut summis Viris libros ab ipsis compositos vendicent. 3. Scripturarum creationes magis MSS. Alexandrino, quam Bibliis Septuaginta respondent. 4. Fabulosa fexus in Hyenna conversio apud Ægyptios præsertim percrebuit. 5. Alexandrini erant Veteres, qui mentionem huius Epistolæ fecerunt. 6. Formulæ exprimit loquenti Alexandriæ usitatas. Animad. Tom. 2. in Liberum S. Hieronymi de Script. Ecclæ.